



Dominus vobiscum. **R̄.** Et cum spí-ritu tu-o. **V̄.** Sequénti-a Sancti
 Evangé-li-i secúndum Lucam. **R̄.** Glóri-a tibi Dómine.

In illo témpore: Erat Jesus e-jí-ci-ens dæmóni-um, et illud erat mu-
 tum. Et cum e-jecísset dæmóni-um, locútus est mutus, et admirátæ sunt
 turbæ. Quidam autem ex e-is dixérunt: In Be-élzebub príncipe dæmoni-ó-
 rum é-ji-cit dæmóni-a. Et á-li-i tentántes, signum de cælo quærébant ab
 e-o. Ipse autem ut vidit cogi-ta-ti-ónes e-órum, dixit e-is: Omne regnum
 in se-ípsum divísus desolábitur, et domus supra domum cadet. Si autem
 et sátanas in se-ípsum divísus est, quómo-do stabit regnum ejus? qui-a
 dí-ci-tis, in Be-élzebub me e-jícere dæmóni-a. Si autem ego in Be-élzebub




e-jí-ci-o dæmóni-a: fí-li-i vestri in quo e-jí-ci-unt? Ide-o ipsi júdices ves-
tri e-runt. Porro si in dígito De-i e-jí-ci-o dæmóni-a: profécto pervénit in
vos regnum De-i. Cum fortis armátus custódit átri-um su-um, in pace sunt
e-a, quæ póssidet. Si autem fórti-or e-o supervéni-ens vícerit e-um, uni-
vérsa arma ejus áuferet, in quibus confidébat, et spó-li-a ejus distríbu-et.
Qui non est mecum, contra me est: et qui non cólligit mecum, dispérgit.
Cum immúndus spí-ritus exí-erit de hómine, ámbulat per loca inaquósa,
quærens réqui-em: et non invéni-ens, di-cit: Revértar in domum me-am,
unde exí-vi. Et cum vénerit, ínvenit e-am scopis mundátam, et orná-tam.




Tunc vadit, et assúmit septem á-li-os spí-ritus secum nequi-óres se, et in-



gréssi hábi-tant i-bi. Et fi-unt novíssima hóminis illí-us pejóra pri-óribus.



Factum est autem, cum hæc díceret: extóllens vocem quædam mú-li-er de



turba, dixit illi: Be-átus venter, qui te portávit, et úbera, quæ suxísti. At il-



le dixit: Quinímmo be-á-ti, qui áudi-unt verbum De-i, et custódi-unt illud.